



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 88. Mediolanesium Dux omnes pacti conditiones transgressus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

meræ Apostolicæ, veste, quam cappam Sæcul. XV,
vocant, induit, ac Pontificis pedem de- A.C. 1496.
osculatus suggestum concendit, oratio-
nem huic solemnitati congruam decla-
maturus; Tandem Papa poenarum con-
donationem publicavit, quam hymnus
Ambrosianus consueto ritu decantatus ex-
cepit, cui Pontifex versiculos, & ora-
tionem subjunxit, ac Benedictionem im-
pertitus est, demum vero eo ordine, quo
Ecclesiam accesserat, palatum suum re-
petiit.

§. LXXXVIII.

*Mediolanensium Dux omnes pauci con-
ditiones transgressus.*

Fœderati Principes ampla hac poten-
tissimi auxilii spe animos erigunt, at-
que abolita, quam Galli sibi primo in Ita-
lia conciliaverant, nominis fama, Lu-
dovicus Sfortia, Novarrensi urbe recu-
perata, de data Francis fide minime an-
xius erat; quinimo Pisas sibi subjicere
molitur, seque apertum Galliarum Re-
gis hostem profitetur, eoque ille duas
arces hujus Reipublicæ præcipuas sibi
cedere recusasset, unde Ludovicus vali-
do militum agmine in Pisanam ditionem
irruit. Ast cum Entraguius, qui urbi
ac Pisarum statui præerat, ex præsidii
expeditam militum manum contraxisset,
Seresanellam adeo copiose cunctis ad su-

Hist. Ecclesi. Tom. XXXI. I. stinen-

Sacul. XV.
A.C. 1496.

stinendam obsidionem necessariis munivit, ut Foederatorum audacia plurimum lanquesceret, cumque imminens hyemis asperitas diutius ibidem hærendi spacum militibus præriperet, Foederati Pisas occupandi consilium dimittere compellebantur, obseffis infracto robore urbem tuerentibus.

§. LXXXIX.

Florentinorum urbes ab Entragio divenditæ.

Com. l. 3.

c. 14.

Graec. l. 2.

Entragius ex hoc Foederatorum damnatione non parum res suas auxit; mox enim Pisanam arcem numerata viginti millium aureorum summa incolis tradebat, quo facinore, inquit Comminæus, duplex *Sacramentum Regis* violavit; bis enim Florentinis juraverat Carolus, quod eis Pisanam arcem unacum aliis oppidis restituere velit. Praeterea cum de Serefana, & Serefanella civitatibus cum Genuensis ageretur, itidem Florentini has urbes recuperandi spe exuebantur, nec non a possessione urbis Petræ sanctæ arcebantur, cum hæc sex aureorum milium pretio Luccensibus divenderetur. Ergo Pisani primo arcem, quæ illos diuturna servitute coercuit, solo æquant, & Papam, Venetos, Ludovicum, nec non Italiæ Principes exorant, ut illos